



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XC. perueniens vsque ad DCC.XIV. nempe à Gregorio Magno Romano Pontifice, vsque ad Gregorium secundum

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annvs 658. Vitaliani Pap. Annus 4. Constantis Imp. Annus 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15007

lectari confertur; quod & sacris lectionibus antiquitus receptis in eadem Ecclesia recitari publice confuetum asseritur.
Hoc anno, qui vndecimus numeratur Sigeberti Francorum Regis, ipse ex hac vita migravit; licet alii decem tantum vixisse annos tradant, alii dicant penesisse ad annum Domini sexcentelimum sexagesimum secundum, quod plumbis, quae erunt dicenda, repugnat. Constat autem ipsum ob egregias animi virtutes à maioribus reuerentiam esse inter sanctos, colique diem natalem eius Kalendas Februarias. Scripsit libellum de eiusdem miraculis Sigebertus Gemblacensis.

IESV CHRISTI
ANNVS 618.

VITALIANI PAP. CONSTANTIS IMP.
ANNVS 4. ANNVS 17.

ANVS sequitur Redemptoris sexcentelimus quinquagesimus octauus, Indictione prima: quo Thomas Constantinopolitanus Episcopus, ubi sedisset (vt habet Nicephori Chronicon) annos duos, & menses sex, moritur, atque in eius locum subrogatur Ioannes presbyter eiusdem Ecclesiae Synceus & Custos vasorum. Hic ipse in Sexta Synodi Actis (vt dictum est superius) praedicatur Catholicus; quem de sua, quam profitebatur, Catholica fide Synodalem scripsisse epistolam ad Macarium Antiochenum, fidem faciunt Acta, quae extant Sextae Synodi, vbi inter alia de Ioannis fide Catholica haec leguntur: Similiter reuelatum est ex eodem reposito exempli Synodalem Ioanni sanctae memorie, qui fuit presbyter Iustiniani Imperatoris regis vrbis, contentum in super scripto ista: Per omnia sanctissimo & consacerdoti Macario Ioanni vobis in Episcopo, quoniam inuicem est: Quis loquatur potestatem Domini? &c. Probatur vero cognitumque fuisse Catholicum eundem Ioannem Episcopum, inferius eadem Acta testantur, quae commentitia existimantur.

Valdenamque repugnantis, quae in S. Maximum facta sunt, atque in discipulos eius, cum omnes simul toto hoc tempore durissimo detinerentur exilio, eo quod nolent communicare cum Constantinopolitana Ecclesia, cuius esset ipse Thomas Constantinopolitana. Si enim secus fuisset, communicare eidem minime recitissent; sed ab exilio liberati, Deo gratias egissent de reddita Ecclesiae pace, quam diu optassent, & pro ea Deum iugiter rogassent. Quamdiu igitur persecutari viderentur in Orthodoxorum precipuis agonis persecutionem, quae scripta habentur de Catholica fide eius Ecclesiae Partiarum, æquo animo haud ferre possunt ab illius suspitione cõmentis. Sed de his à superius diximus.

Hoc anno pax tractata est inter Romanos & Sarracenos, de qua Theophanes inter alios verbis istis: Anno decimo septimo Imperatoris Mahometis Arabum Principis, suorum seditione compulsi, de pace inuicem ad Constantinem missi, cuius pacis nomine in singulis diebus ab Arabibus mille nummorum depasim irrogantibus & equum & seruum. hac Theophanes.

Quod pertinet ad res Occidentalis Ecclesiae, clarent Galliarum haec martyrii, quod subit hoc anno à sancto Theodardo Episcopo Leodiensis. Extant eius Acta scripta, vel relictura potius à Sigeberto Gemblacensi, qui se à meliori stylo exposuisse testatur. Natione Gallus Theodardus fuit, professione Monachus: cumque Sigebertus Rex Francorum in Austrasia duodecim modiorum exercisset, vni eorum, nempe Stabulensi, consilio S. Reclami Tungrensis Episcopi & Camberti Coloniensis, inuicem praehicuit Abbas; nolensque haud diu post ipsi Reclamo successit in Episcopatu Ecclesiae Leodiensis. Fuit ipsi aliqua ex parte quies, cum viueret Sigebertus laudatissimus Princeps æqui amantissimus, &

religionis obseruantissimus: quippe qui solus vixus sit pro miraculo frenum iniecit indomitae dominantis cupiditati, cum patrum regni ipse maior nata minorum sibi sumperit partem, maiorem vero minori cesserit fratri Clouoco; beneque vixus pace, cum ab externis & à ciuilibus bellis quiesceret, sese totum monasteriis erigendis, aliisque pietatis operibus mancipauit.

Cum vero (vti anno superiori dictum est) Sigebertus ad annum vndecimum propagasset regnum, & ex hac vita recessisset, vno relicto puero filio Dagoberto; adoptatoque iam antea, cum prole careret, Ildeberto filio Grimaldi Maioris domus, cuius arte foras in Scotia Dagobertus puer fuerat amandatus, in bello perempto, & eius parente carceri mancipato; potius est regno frater ipsius Sigeberti Clouocus, monarchiam obtinens Galliarum; qui Childerico secundo loco nato filio regnum à Sigeberto relicto tradidit, adolefcenti (vti vult) lenissimo, ad omnem prauorum impulsu facile mensili: sub quo ipse, quem diximus, Theodardus martyrium subit. Quomodo autem id acciderit, ex eius Actis hic reddimus, quae sic se habent.

Tutabatur Theodardus Episcopum contra omnes fauor Sigeberti Regis, qui amator diuinae religionis, oculos habebat circumluminibus simplicitate. Quo defuncto, regnum Austrasiae, quod tenerat, dedit frater Clouocus filio suo Childerico. Tum vero omni malitia & iniustitia in regno praualuit, & contra Ecclesiam grauis domesticus temporis turbo insonuit. Theodardus autem, quia mercenarius non erat, non fugit à sacre Imperii, sed pro omnibus suis constantius ex aduerso stetit. Et quia pastor essentialiter bonus dixerat à: Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis; nec in hoc foras auditor fuit, paratus pro omnibus animam ponere. Sed ne quid inexpectatum relinqueret, deliberat Regem Childericum adire, & ante eum super iniuriis Ecclesiae illatis legaliter exposuere, si forte per conseruam regalem Ecclesiae possessione sua reciperet. Atque dimittit eloqui à mentis sua oraculo, immineat sibi tempus passionis, dispositi domus sua, & omnibus rebus Vale dicto, ouesque suas illi commendans, qui sibi illas commendauerat, ducit mentis constantia, cum paucis iter arripit.

Porro filij belial, qui pra duritia impenitentis cordis thesaurizabant sibi iram, quillo modo poterunt adduci ad aliquam resipiscendi viam, vt scilicet ablata Ecclesia restituerent: sed scientes, quia in nullo ibi responderet iustitia, si de presumpso rebus Ecclesiae coram Palatinis ageretur controversia, mala multo cumulant, & ex desperationis periculo de morte innocenti Praesulis trahunt, & iter eum diligenter explorant. At vir sanctus iusti propositi tenax, quem armabat visus & efficax sermo Dei, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt solam carnem: iam dicesse sua terminos longe excessisset, & in pago, quem Alsatian vulgo dicunt, bonis adibus prouentibus gradum fixerat. Et ecce cæcus inimicorum Dei de insidiis emergens, arctibus lanceis in necem innocenti proruit. Ille mentis nato patientia clypeo, eos ad pacem bonum inuolare volebat. Sed quia non erant filij pacis, pax non inueniens in eis vbi requiesceret, ad animum pacis reuersa est.

Tum vero vt Lapi agnum, in ipsi circumstantiam suam, illumque oculos ad caelos tollentem, & pro eo orantem exemplo IESV in Crucis pendens, contumelias afficiunt, humi prosterunt: & quia iram nequit explere potestatis, caput sancto oleo perunctum in frustra secant, corpus sanctum membrarum dilaniant. Terra quatenus sic data est in manus impiorum, spiritus autem ab omni terra ruderet excoctus per ignem passionis, vt antrum in fornace probatus religio ad Dominum, qui fecit illum. Fides nimirum, quae protomartyri Stephano aperuit caelos, vt videret Iesum stantem ad auxiliandum sibi: hac quoque Theodardo martyri caelos aperuit, &c. pergit auctor pluribus dicere de miraculis, quae postea contigerunt plurima quidem & ingentia, quibus Deus voluit hominibus notum fieri, secum in caelis regnare martyrem, quem improborum manus in terris occiderant. Adscriptus autem est Theodardus ea die, qua passus, decima mensis Septembris, catalogo sanctorum martyrum, ex demq; annis singulis publica commemoratio in Ecclesia conspicitur redditus. Successit Theodardus

IV.

Extant apud Sur. de co. Sup. tom. 5. V.

MI. DER. V. AD. VERSATVR. THEODARDO. d. 10. 11.

VI.

Matt. 10.

VII.

MARTYRI VM THEODARDO ST.

Annal. Eccl. Tom. 8.



do martyri S. Lamberto Episcopo pariter martyrio coronatus, ut suo loco dicemus: fuisse autem & hunc discipulum sancti Reclami Episcopi Leodiensis, eius Acta testantur. Sed quem toties audit nominatum esse Reclamum: factum scias virito deserventis, qui eum, quem constat dictum esse Remacium, Reclamum mendose scripsit, non sic fuisse: ius anno 882. prope finem, ubi Remacium recte inuenies appellatum.

I E S U C H R I S T I
A N N V S 6 5 9 .

VITALIANI PAP. CONSTANTIS IMP.
ANNUS 5. ANNUS 18.

I. CON-
SEANS
FRATREM
OCCIDIT.

3 Gen. 4.

6. DIVINA
VETIO EX-
AGITAT
IMPERA-
TOREM.
D. CAESAR.
RESPOND. IN
CONSTANT.
410 ANS.

6 Exod. 11.

4 Is. 51.

III.

SEXCENTESIMVS quinquagesimus nonus Domini annus sequitur, Indictione secunda: quo Imp. Constantius, scelerebus scelera iungens, impulsu malorum demonum, fratrem suum Theodosium consecratum iam diaconum necce abtulit, ita crudeliter fratricidium sacrilegio magis infamans. De nefando facinore breuiter haec tantum ex Theophane Graecorum habent Annales: Anno decimo octavo Imperij Constantij germanum suum fratrem Theodosium interfecit: quem quidem, offensus ab eo antea, opera Pauli Patriarchae attentum diaconum consecrari voluisset, & quo ministrante idem Imperator sancti sanguinis poculo in sacrosanctis mysterijs imperator fuisse. Ita vero haud impune patrauit: exegit enim fatis sanguis innocuus a Deo vindictam, ut omnibus vitae suae diebus, inquit Cain, conscientiae stimulis agitatus, profugus & vagus vinceret super terram; eo infelicio, quod non sicut ille a signum accepit a Domino, ne ab aliquo interficeretur: euenim insequente eum culpa, nemens ubique locorum fuit & patiens: sed etiam ea ex causa infelicitissimus, quod ob oculos posicum proficuum remedium poenitentiae non arripuit, sed in fuga infans praedidium collocauit, vane putans mutatione locorum ab insequente se culpa non expiata posse defendi. Quidnam autem memoria dignum tunc accidit, audi inchoate tragediae dignum exitum.

Vbi enim scelus; immo in vno plura scelera nefandissima perpetrasset, cum extingtum penitus fratrem & obliuione sepultum omnino putauit, didicit seo damno miser fuisse post eadem homini, quod vniat & clamat. Sed accipe, quae in Graecorum leguntur Annalibus: *Is ergo Theodosius a matre sua ipsi Constantio crebro per quietem visus est habere diaconi poculum sanguine plenum: portigans, atque dicens: Bibe frater, ac sic diceret: Inebriate fraterno sanguine, quem sudisti, talem decet pro opinare poculum plenum sanguine auide crudelitati. Expleat cruce germani portigenis, non ut olim in Ecclesia portigebat in tuarum redemptionem culpam sanguinem Christi, sed in vltionem paratum. Sume de mam non sanguine agni refertum poculum, quo percussor Angelus abigatur, et sed qui vltorem exciter in te Deum. Accipe sanguinem victimam, non quo sanctum est fœdus, sed quo tua est damnatio comparata. Porrigo calicem salutarum, sed in Dei poculum plenum, quod haurias est necesse. Meus ecce sanguis, qui tuum a Deo vindice suis vocibus exigit. Audiebat haec & metuebat Imperator, vltice acclamante pariter conscientia, & fugientem maiorbibus clamoribus insequente: nam pergit aucto:*

Eius rursus acerbitate vitius insulx Imperator, statuit in Siciliam abire. Itaque in vrbem relinquentem vrbem & tres filios, ecclesiam ascendit (est navi genus). Camque solusset, conuersus retro vrbem Imperij sedem constituit. Sed in Sicilia quidem infensissimum illud vexare Constantium desuit. Syracusam sibi deligit, ubi vrbem agere, ubi & statuit Imperium Romanum transferre, cum inuisus esset ab Monachis haresim, aliaque praesentia de religione sententia. Misit ergo qui vrbem & liberos adducerent: sed hanc Byzantium cum liberis detinuerunt. haec Annales hoc anno excludunt. Anathasius autem reliqua ad-

dit, quae sunt in Annalibus praetermissa, nempe cum aduentum Romam, ante quam in Siciliam se contuleret. Sed de his suo loco dicendum erit.

Hoc eodem anno, qui bello civili saepe armis depresso Mahusias Princeps Sarracorum pendente delegerat tributum Constantij Imp. (vsusque videmus) exigentibus Imperatoris eiusdem peccatis, armulo suo Hali necce sublati, solus abique timore imperans, aduersus Pertas primum, inde aduersus Romanos erigitur.

Moritur hoc anno Longobardorum Rex Rodwaldus, occisus a Longobardo homine, cuius vrbem aduiterio polluerat, ubi regnasset (vt Paulus ait) antea quinque & dies septem. Cuius tempore nihil praeter memoriam dignum gestum reperitur, nisi quod eius coniux filia Theodolinda, quam matrimonio sibi contraxerat, exemplo matris, iuicini basilicam exiit in honorem S. Iohannis Baptistae, quam mirifice exornatam auro & argento etiam redibus locupletauit, ubi & sepeliri voluit. Porro de ea subicitur ita Paulus: *Hae cum oratione adulterij apud vrbem acuta fuisset, proprius eius serus Carinus monuit a Rege exoptari, vt cum eo, qui Regem crimen iugisset, per castitatem sua domine, manum acta dimicaret. Qui cum crimine illo singulari certamen cum impio, cum, cuius populo adhaere, superavit. Regina vero post hoc factum ad dignitatem praesens rediit, haec ipse.*

Ceterum quod Paulus diuinae affimat, hanc filiam Theodolinda nomine Gundibergam fuisse vxorem Rodwaldi, errasse videtur, cum id ratio temporum minime patiarit; nam duo de quadraginta intercedunt ante ab obitu Aigulphii eius patris vsq; ad regnum Rodwaldi; vt portus ipsa dicenda sit vxor huius Aionaldi, qui successit Adalualdo, cuius scilicet interit est Aimoimus lib. 4. cap. 19. & auctor Appendicis ad Gregorium Turonensem, l. 50. & 51. Quod vero pertinet ad singulari certamine tantum, inuexerit barbari in Italiam detestandam ciuitatem continerantem, vt monomachia iurgia desinere; quo nihil crudelius, ita nihil stultius potest excogitari, cum nequaquam semper in vno quoque bello victoria consistitiam consequatur, sed diuina sententia & occulto Deo iudicio declinet interdum ad eum, qui causam malam suetur. Sunt de his exempla cum in alijs libris, cum etiam in diuina Scriptura; sed illa memorabilia magis, cum illi Dei, iustissima praecedente causa, apparat longe maiore filii Israel fomes zelo Dei in ceteris ad vltionem detestandi facinoris progressi semel & iterum vincuntur a longo dispari militum numero; ea (vt asserunt) ratione, quod antequam idonei essent alioquin ponere peccata, ipsi prius sua, accepta iterum clade, ex parte deberent. Quod ergo infanti homines, degeneres Christiani, detestatores patrum legum, ob id quod milles detestandi, atque anathemate damnati, eiusmodi in se infans alioque non seculi tantum hominis, sed & aeterni amertorem, cum nec si vincant, certum reddi possit fouille salutem, & pugnasse pro veritate? Sed nulli istuc.

Successit autem Rodualdo Regi Aripertus, de quo Paulus haec scribit g: *Fuit hic filius Constantij, qui iuxta germanum Theodolinda Regina. Hic condidit quid Terram sacrum Domini Salvatore, quod extra portam Constantinensem que dicitur Marciana, situm est, quod ornamentis raro decoratur, & substantijs sufficienter ditatum. haec Paulus, qui in errore arguitur, dum nouem annos eius regni decem ostenditur infensius, cum de regni exordio Gotschalci disputatio erit.*

Porro adhuc Longobardorum Reges Ariani pelli affecti cum essent, Catholicis Episcopis haud parum negotij faceiebant, qui sepe promissu Israel domus opponebant: inter quos praecipue entiorum haurum cognomento Bonnis Mediolanensis, & Iohannes Bergomatis Ecclesiae Episcopi. hi enim, vt olim Paulus & Barnabas, ad fidem Catholicam tuendam ac propagandam manus simul iunxere; verum eorum alter, Bergomenis videlicet, eo glorie progressus est, vt ea propria tibi martyrium lucraretur: Martyris enim titulo decoratum ipsum tabulae Ecclesiae retinet quomodo Idem Idem